Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



manus ceteris remouerunt. Perpua ut ita duri & prima ibi uirtus obedientia. Neq; enim alii quis aduenientes aduenientes a monasterii abbe susceptum. quam qui tempus fuerit probat. nullum uidimus recusaturum quam libet arduum ac difficile indignumq; toleraturum abbatis imperium.

REFERAM uobis duo incredibilis obedientie magna miracula. Igitur cum quidam frater electi abbas abdicatis monasterii magne dispositionis ingressus susceperit se rogaret incongregatione. abbas ei cepit multa proponere. graues esse illi disciplinę labores. sua ut dura impia. quę nullus facile ualeret implere patientia. Aliud potius monasterium ubi facilioribus legibus uiueret expetere ret. & ne tentaret aggredi. qd implere non posset. Hue ut nichil his terroribus promoueri. sed magistra omnem obedientiam polliceri cepit. ut si cum abbas ingressum ire peteret. non recusaret uenire. Qua illi professione ubi abbas accepit non cunctatus probare proficienti. iubet ei ielibanum qui coquendis panibus parabatur ire. At ille non distulit parere precepto. sed statim mediis flammis nichil cunctatus ingressus est. Que mox ita auida ei fide uicta est. uelut illis quondam hebreis pueris cesserunt. & confestim fugit incendium. & ipse qui ingressus est & putabatur arsurus. uelut frigido rore perfusus se esse miratus est. Sed qd mirum si tuum expertus dominum ignis ille non tetigit. ut nec abbatem pigeret dura mandasse. nec discipulum penituerit obedientia explesse. Hinc ergo intelligendum est quantum obedientia obtinere apud deum mereatur.